


## ALBERTI BRANDEBURGICI;

cus dum urbes Germaniæ superioris miserè affli-  
geret: Noribergenses obsideret. Anno  
Christi 1552.



Um ALBERTUS Marchio Brandenburgensis Wol-  
gangum ordinis Teutonici Magistrum direptioni-  
bus & incendijs, uti plurima loca alia, ad suas con-  
ditiones perduxisset, eodem agit modo cum Nori-  
bergensibus. Lichtenavum arcem & oppidum di-  
tionis ipsorum deditione capit: captam solo æ-  
quat: oppidanos pecuniâ mulctatos in suam fidem  
adigit: castella villasque ad septuaginta, templa  
quam plurima: ex sylva tria jugerum millia, No-  
ribergensium ditionis spoliât, diripit, exurit. Sue-  
viæ civitates inter Albertum ac Noribergenses pacem, sed frustra sollicitant:  
Hæc tamen legatorum tandem Mauritij ac Landtgravij filij operâ conci-  
liatur. Pacis conditiones hæc fuere præcipuæ: ut Noribergenses aureorum  
millia ducenta pendant: tormenta magna sex instructa tradant: Principes  
confœderatos, ut Augustani favore prosequantur: ipsi vicissim il-  
lis ablata restituant. Solvitur hoc modo obsidio: Albertus  
ad Ulmeneses se convertit. *Slei-*

*danus. Author.*

